



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 87. Religiosorum Ordines in Francia ad pristinam Disciplinam revocati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII. „mittatur, in ipsos pro rei gravitate  
A. C. 1623. „animadverti iussit.“

## §. LXXXVII.

*Religiosorum Ordines in Francia ad  
 pristinam disciplinam revocati.*

*Heliot Hist.  
 des Ord.  
 Relig. p. 4.  
 c. 41. p. 424.  
 tom. 5.  
 Abrege  
 Chron. de  
 l'hist. Eccl.  
 t. 3. p. 422.*

Jam anno priori ad preces Ludovici XIII. Gregorius XV. Pontifex Maximus Apostolicas literas ad eundem Franciæ Regem dederat, quibus die octava Aprilis Rupifocaldio Cardinali necessariam concesserat auctoritatem, ut veterem disciplinam, quæ ætatis vitio, bellorumque iniquitate in antiquioribus Ordinum Institutis perculsa ac pene prostrata jacebat, excitare posset: Hoc Papæ diploma ipsemet etiam Rex die decima quinta Julii Regiis suis literis firmabat, earum executionem præfato Cardinali ferventer commendans. Ne ergo hic Cardinalis tanto oneri succumberet, laboris socios sibi adsciverat varios Religiosos, & quidem Carthusianum, Benedictinum, Fuliacensem, Dominicanum, Minimum, & Jesuitam, quorum consiliis ac sententiis sæpius auditis, ac perpensis tandem die undecima Martii ea condidit decreta, quæ pro cujuslibet Ordinis disciplina ad veterem sanctorum Fundatorum sanctimoniam revocan-



vocanda magis opportuna censebat, Sæc. XVII.  
A. C. 1623.  
ac præcipue omnia Claravallensis fam-  
iliæ monasteria in quamdam novam  
Congregationem uniri jussit, in qua  
Generalis, & primi quatuor Ordinis  
Cisterciensis Abbates restauratæ disci-  
plinæ decreta die undecima Martii sta-  
bilita acceptarunt. Eodem tempore  
Cardinalis Abbatiam sanctæ Genovefæ  
ad Montes, cujus ipse Abbatem age-  
bat, ad vetera statuta revocare satage-  
bat, cumque ipsemet hanc Abbatiam  
ultra dimitteret, Religiosis proprium  
Abbatem eligendi antiquum jus resti-  
tuit. Præterea pro Canonicis Regu-  
laribus S. Augustini in Francia quas-  
dam reliquit Constitutiones, eisdem-  
que præcepit, ut per urbem inceden-  
tes semper cappis utantur.

## §. LXXXVIII.

*Cardinalium & Franciæ Præsulum  
Conventus adversus Edmundum  
Richerium olim Facultatis  
Syndicum.*

Anno superiore, ut memoravimus, *Argentre*  
Facultatis Theologicæ Doctores Ri- *Collect. jud.*  
cherianis doctrinis imbuti, Roderici *tom. 2.*  
Lusitani librum, exclusis a suffragii *pag. 132.*  
jure Religiosis, damnare parabant: *Vid. Supra*  
Andreas autem Duvalius Doctor, qui *l. §.*  
utpo-